

re, seu potius possent alios quoslibet vocare juxta mentem Testatoris, satis provisum fuisse per Breve Apostolicum eligibilitatis, ideoque Capitulum posse, non autem teneri nominare Clericum Carolum Chiocoa. In eadem ad 2 Dub.

(23. Ex satis amplo Prioris Cathedralis Æsinæ patrimonio sejunctis per Apostolicas Literas die 10 Septemb. 1821 certis quibusdam fundis, ut ex ipsorum redditibus Census haberetur pro Collegio octo beneficiariorum seu Mansionariorum, qui ad divina officia in eade illa principe rite obeunda desiderabantur, quique liberæ collationis per Pontificem Summum renunciati sunt, Emi Patres restiterunt Canonico postulacionibus, quibus jus nominandi ad Beneficia illa, quod sibi reservare declaraverant quando de priorali patrimonio imminuendo consensus præstiterant, vindicabant, edito responso negative In Æsina Nominationis die 14 Decemb. 1838.

S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

(1. Romana Declarationis Resolutionis super electione Guardianorum Minorum Conventualium.

In provincia Romana consuetudo penes Minores Conventuales invaluerat, ut Patres in Capitulo congregati Patribus Graduatim facultatem facerent eligendi Guardianos Conventuum filiationis vel paternitatis, ipsis tradendo schedulas electionis cum die et subscriptione, at sine nomine personæ electæ.

Orta dubitatione, an ista consuetudo sustineri posset, res proposita fuit apud Sac. Congregationem negotiorum et Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositam in Romana super electione Guardianorum Minorum Conventualium in generali auditorio diei 3 Martii 1837, cum sequenti dubio. « Se la consuetudine introdotta nella provincia Romana di rimettere ad alcuni graduati la scelta de' Guardiani de' rispettivi loro conventi sia contraria alle Costituzioni dell' Ordine? »

Eminent. Patres rescripserunt: *Servandas esse regulas a Constitutionibus præscriptas in electione Guardianorum, salva consuetudine permittendi Patribus Graduatim, non tamen titularibus præsentationem Guardianorum Conventuum filiationis, aut paternitatis, reservato tamen Capitulo provinciali jure confirmandi vel infirmandi præsentationem per secreta suffragia.*

Vix hujusmodi resolutio prodiit multis aliis controversiis via patefacta est; ideoque iterum res penes eundem sacrum ordinem deducta est. Ibi igitur iterum causa proposita est cum iis, quæ sequuntur, dubiorum formulis, nempe:

1. « Se la risoluzione della Sacra Congre-

ELEMOSYNA.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Postulante Communitate an et cui, et quibus in locis jus competat colligendi eleemo-

gazione del giorno 3 Marzo 1837, emanata per la provincia Romana si debba estendere a tutte le altre provincie, in cui vi è la stessa consuetudine, ed anche ai Definitori generali?

2. « Se col ramo di Capitolo provinciale s'intenda nel caso di cui si tratta, soltanto il Capitolo provinciale propriamente detto, ovvero, ancora tutte le Congregazioni Capitolari, in cui prima del nuovo Capitolo si eleggono i Guardiani? »

3. « Quali sono i Padri Graduati, cui spetta la presentazione de' Guardiani? »

4. « Se le presentazioni de' Guardiani fatta dagli Ex. Ministri Generali si debbano assoggettare allo scrutinio segreto, perchè siano confermate o riggettate; o piuttosto le suddette presentazioni si debbano ammettere e confermare senza scrutinio? »

5. « Se riggettata la presentazione possa il P. Graduato proporre altro soggetto, o piuttosto si debba prout de' jure procedere alla elezione? »

Quibus Emi rescripserunt in Romana Declarationis.

Ad 1. *Affirmative in omnibus.*

Ad 2. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Ad 3. *Ministri Generales, Ministri Provinciales, Commissarii et Adistentes Generales, qui actu suo munere funguntur, vel jam functi sunt.*

Ad 4. *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.*

Ad 5. *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.*

Ut facilius ea intelligantur, quæ in secundo, et tertio dubio præsertim disceptata fuerunt, duo maxime adnotanda esse videntur:

1. Definitorium generale tertio quoque anno convocatur, ab eoque eliguntur ad annum etiam Guardiani nuncupati di *mensa generalizia*: at in duobus annis, qui medii intercedunt, eliguntur a Ministro Generali una cum suis Adistentibus, Ministro Provinciali et Guardiano, qui Conventui, ubi residet Generalis, præfectus est, vocatis duobus ipsius provincie Definitoribus. Electio autem Guardianorum omnium aliorum Conventuum ad provinciale uniuscujusque provincie definitorium pertinet, quod olim quotannis congregabatur, nunc autem bis in quodlibet triennium, ut præscribunt apostolicæ Litteræ in forma Brevis Clementis XIII, anno 1762 datæ.

2. Præter Graduatos proprie dictos, sunt et illi, qui simplicem habent titulum, ut simplices Magistri, ac Provinciarum Definidores, Ex-ministri Generales, Ex-procuratores Generales, Ex-provinciales Generales, et Definidores Generales, qui universi, primis duobus exceptis, nuncupantur *di Grazia*.

synas, et Oblationes in Divi Peregrini Latiosi, ejusque altaris, quod in Ecclesia Patrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis extat, honorem et venerationem a fidelibus exhibi-

tas, et exhibendas? S. C. decernit, intra Ecclesie ambitum competere Religiosis; extra Ecclesiam vero competere administratoribus Capellæ de Episcopi licentia: Forolivien. 11 Septemb. 1784, dub. 9.

(2. Decernit deinde eleemosynas ab administratoribus Capellæ colligendas esse juxta modum, et formam ab Episcopo præscribendam, et erogandas illas esse, vel juxta offerentium mentem, vel juxta decretum anni 1627; illas vero, quæ a Religiosis in Divi Peregrini honorem intra ambitum Ecclesie colliguntur, depositario ejusdem Capellæ esse consignandas: *Ibid.* dub. 10.

(3. In beneficium simplex erecta fuit Ecclesia ruralis S. Antimi, quam sitam esse intra fines Parochiæ S. Blasii Castri Majoli Archipresbyter Petrus Camagli probat; et hoc beneficium unicum fuit Seminario, quod possessionem inde cepit Ecclesie, Domunculæ annexæ, et bonorum. Archiepiscopus prohibuit facit eleemosynarum coactionem, quæ ab Archipresbytero fiebant in ipsa Ecclesia S. Antimi; ideo consequutus est Archipresbyter, quia ipse claves Ecclesie retinebat, et sacras functiones exercebat, etiam post beneficii Seminario unionem; proinde orta controversia S. C. decidit eleemosynarum collectas arbitrio Episcopi esse permittendas: Feretrana 9 Julii 1786, dub. 3.

(4. In statuto confraternitatis animarum purgantium in Ecclesia S. Nicolai erectæ, Urbis Vallettæ, cautum capite quarto est, ut eleemosynæ ad quas fideles offerentes invi-

EPISCOPUS.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Ad dirimendas nonnullas obortas controversias inter Promotorem fiscalem Curie Episcopalis Melitensis, et Canonicos Ecclesiarum Collegiarum S. Pauli Oppidi Vallettæ, et S. Helenæ Imperatricis Birchirchariæ Diocesis prædictæ, super genuflexione faciendâ Episcopo, quoad Canonicos prædictos, Emus, et Rmus. Dnus Cardinalis Boschi Ponens infrascripta Dubia inter partes concordata, S. R. C. decidenda proposuit, nempe:

1. « An in functionibus, aliisque in casibus, in quibus Episcopus privatim adstat, et pontificaliter non indutus, Dignitates, et Canonici insignis Ecclesie Collegiatae S. Pauli ante ipsum transeunt debent genuflectere, seu tantum caput, et humeros profunde inclinare in casu, etc.? »

2. « An Dignitates, et Canonici S. Helenæ Imperatricis Collegiatae Birchirchariæ in functionibus Ecclesiasticis, quoties transeunt ante Episcopum debeant genuflectere, vel tantum caput, et humeros profunde inclinare in casu, etc. »

Et S. eadem C. utraque parte scripto, et voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi Pontentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Providetur in casibus particularibus.*

Ad 2. *Affirmative ad primam partem, Ne-*

tabantur, non in solam sacrorum celebrationem erogandæ sint, sed erogandæ tantum sint in missas celebrandas, et in alias expensas pro ejusdem Ecclesie, et Sodalitii sustentatione. Statutum hoc confirmari petierunt Sodales, et postulatis satisfecit S. C. juxta modum: Melevitana Confirmationis Statuti 19 Aug. 1786.

(5. Eleemosynas in Ecclesia Collegiata S. Petri Montis Martiani per Æditum ad formam tertii decreti Anni 1781 custodiendas esse decernitur, exceptis Eleemosynis ad Societatem B. M. V. Rosarii pertinentibus: Senogallien. 13 Junii 1789, dub. 10.

(6. Præter missarum 5500 onus, etiam eleemosyna panis, et leguminum scut. 15. 86. ommissa fuit quoad legatum a Petrino et Johanne Bartholomæo Noja relictum. Modo pauperes hæredes patris, qui onera neglexit, absolutionem petunt, et assequuti sunt, imposito aliquo Missarum onere. Vercellen. Suspensionis Onerum 15 Decem. 1792, dub. 2.

(7. Onus solvendi eleemosynam Concionatori Cathedralis Lunen. Sarzanen, quod Gallorum decreto ab Episcopo in ejusdem Ecclesie Massales fuerat translatum, quoniam leges Gallorum ad res ecclesiasticas pertinentes una cum eorum regimine interiere, spectare ad Episcopum censuit Sacra Congregatio, facta per Massales declaratione, nullum sibi jus competere nominandi Concionatorem, in Lunen. Sarzanen Stipendii Concionatoris 18 Septembris 1824.

gative ad secundam. Et ita decrevit, et servari mandavit Meliten. Genuflexionis die 16 Maii 1772. *Ibid.* numer. 2.

3. « Quomodo celebranda est dies anniversaria Consecrationis Episcopi, si occurrat in die duplici minori? Ratio est dubitandi, quia duplex minor non est de solemnioribus memoratis in decreto S. R. C. 4. Aprilis 1705. (3569. dub. 2.) nec de feriatis, juxta *Cæremoniales Episcoporum* lib. 2. c. 35. »

Ad 3. *Juxta votum D. Magistri cæremoniæ, nempe, in die consecrationis Episcopi concurrente Officio dup. Officium recitandum esse de dicto dup.; in Missis privatis post alias, si occurrant, faciendam commemorationem consecrationis cum collecta: Deus omnium fidelium, etc., post Nonam celebrandam Missam solemnem pro electione, vel consecratione Episcopi cum Gloria. Credo, et Præfatione de communi.* Portugallien. die 17 Septembris 1785.

(2. Quum non una, eademque sit Auctorum omnium sententia, de privilegiis, quibus Episcopi Titulares præsertim, gaudent, relative ad Missæ celebrationem, dum propriam, vel alienam Diocesim peragunt; ad quascumque eliminandas dubitationes, sequentia Dubia in Ordinario Conventu Sac. Rit. diei 22. Augusti labentis, Emis, et Rmis PP. enucleanda proposita sunt, nimirum:

1. « Se un Vescovo Titolare possa, senza un speciale Rescritto, erigere l'Altare ovunque »

egli voglia, ancorchè nella Casa di sua abitazione esista già una Cappella per uso de suoi Parenti?

2. « Se possa, oltre la sua Messa, far celebrare altre Messe? »

3. « Se detta Messa, o Messe vagliano in adempimento del precetto, anche a suoi Parenti seco abitanti, ed alle persone non solo addette al suo servizio, ancorchè non necessarie nell'atto della Messa ma anche di servizio di detti suoi Parenti seco abitanti. »

4. « Se possa celebrare, e far celebrare ne' giorni soliti eccettuarsi nell' Apostolico indulto? »

5. « Se nel caso, che i suoi Parenti, quali già godono dell' Oratorio privato, avessero fatto celebrare la messa, possa il Vescovo far celebrare un'altra Messa, oltre la sua? »

Sac. eadem Rit. Congregatio, audito prius altero ex caeremoniarum Apostolicarum Magistris qui suam scripto sententiam pandit, typisque evulgavit, referente Emo, et Rmo Dno Cardinali Matthæio, loco Emi, et Rmi Dni Cardinalis Julii Mariæ de Somaia Præfecti, et Ponentis absentis, respondendum censuit.

Ad 1. *Affirmative. Verum consulendum SSmo pro extensione privilegii, videlicet, quod Episcopi, in casibus a jure permissis, hospitantes domi, vel parentum vel Extraneorum, qui gaudent Indulto Oratorii domestici, possint et valeant in eodem celebrare, vel celebrari facere, loco et vice Aræ portatilis quam tantum extra propriam Diocesim indulget Bonif. VIII. Cap. Quoniam Episcopi, De Privilegiis in 6, servata in reliquis forma Decreti S. M. Clement. XI. juxta tamen posteriores declarationes S. M. Innocentii XIII. et Concilii Romani sub Benedicto XIII. cap. 13, num. 3.*

Ad 2. *Negative; verum consulendum SSmo pro extensione Privilegii quoad unicam Missam, quam, propria celebrata, Episcopi solent audire.*

Ad 3. *Affirmative quoad familiares dumtaxat eidem Episcopo actu necessarios, Negative quoad reliquos.*

Ad 4. *Affirmative.*

Ad 5. *Jam provisum in primo, et secundo Die 22. Augusti 1789.*

Facta autem relatione de præmissis SSmo Dno Nostro PIO VII. Pont. Max. Sanctitas Sua Sacræ Congregationis responsa approbavit, confirmavit, et extensionem Privilegii, ut in responsione ad primum, et secundum ex propositis dubiis indulget, » contrariis non obstantibus.

Quoniam per mox relatam Decretum provisum est Privilegio, quo gaudent Episcopi, adhibendi Aram Viatoriam: non ingratum fore arbitratus sum, si hic adjicerem nuperimam Encyclicam SS. D. Nostri Pii VII. Pont. Max. ad Archiepiscopos, Abbates, et Priores, Jurisdictionem quasi Episcopalem in Italia, et adjacentibus insulis exercentes; qua tolluntur, et irritantur abusus circa Aram portatilem, sive Oratorium domesticum, quo gaudere præsumunt adscripti inter sodales Archiconfraternitatis S. Mariæ de

Campo Sancto Urbis Dub. De Episcopis Titularibus, die 13. ejusdem mensis et anni.

3. 4. « An Episcopo, seu Dignitatibus, et Canonicis Cathedralis ab eo invitatis, jus competat ducendi ad Collegiatam capellanos, mansionarios, aliosque clericos, nec non seminaristas Cathedralis, invito Capitulo ejusdem Collegiatæ in casu, etc. »

9. « An, et a quo sit præstandum thus, et osculum Evangelii Episcopo solemniter simpliciter assistenti, nec non ejusdem peragenda thurificatio in casu, etc. »

Ad 4. « Quoad Episcopum ad mentem. Mens est; non denegari Episcopo jus ducendi secum personas sibi benevisas, tamquam de suo honorifico comitatu, sed non expedire, ut præter Dignitates, et Canonicos Cathedralis, alios adducat ad hoc, ut sacris functionibus Ecclesiæ Collegiatæ formiter interveniat, et assistat. In reliquis Negative. »

Ad 9. *Affirmative in omnibus, ad formam Cæremonialis, et resolutionis superioris Dubii sub numero tertio. Melevitana Præminentiarum die 13 Junii 1818.*

4. Rmus Præsul Franciscus Maria Zoppi, qui Sanctissimo annuente Episcopatum Massensem dimisit, in eo est, ut potiatur Canonicatu superioris Ordinis in Metropolitana Mediolanen. Ecclesia, et ne in hoc novo munere aliquid detrahat Episcopali Dignitati, ac vanitatis notam devitet, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna dilucidatione proposuit nimirum:

1. « Quænam Sedes, vulgo Stallo, sibi competat in Choro, in quocumque Capituli congressu, et quando sibi cum eodem Capitulo publice procedendum est? »

2. « Quemnam habitum gerere in Choro, quemnam in publicis Supplicationibus, aliisque Sacris Functionibus, quemnam extra Chorum, quum privatam personam agit? »

3. « An teneatur in sua hebdomada Missam, et Vesperas canere seu celebrare, aliaque singulariter peragere, ad quæ tenentur Canonici ejusdem Ordinis in sua quisque hebdomada? »

4. « Et quatenus teneatur, an Sandaliis, Dalmaticis, Mitra, Baculo pastorali, Cruce, et similibus Episcopo competentibus uti debeat? »

5. « Quatenus vero non teneatur, vel sibi liceat a præfatis Hebdomadarii Officiis se abstinere, an distributiones amittat, quamvis Choro cum ceteris Canonicis interfuerit? »

6. « An debeat Archiepiscopo Solemnia agenti assistere, ministrare, aliaque præstare, quæ ceteri ejusdem Ordinis Canonici de more eidem præstant? »

7. « Quum autem Orator minime ignoret a ceteris ejusdem Ordinis Canonicis ægre ferri Episcopum e gremio ejusdem Capituli vestes, et caligas coloris violacei, et quidquid aliud Episcopalem Dignitatem referat in Choro eorumque congressu, gestare, et quodcumque se ab ipsis distinguere potest. ac proinde non multis abhinc annis duos ejusdem Capituli Canonicos a Summo Pontifice Episcopos in partibus renunciatos, locum,

quem antea in Choro habebant, et in quovis Capituli congressu retinere, et Missas, et Vesperas aliasque Functiones in sua hebdomada, nulla adhibita Indumentorum aliæ distinctione, ceu reliquos Canonicos hebdomadarios celebrare consuevisse, seque dumtaxat a Supplicationibus publicis Episcopalis honoris ergo abstinuisse, distributiones tamen amittendo, ac si culpabiliter minime interfuerint, obsequentissime postulat: An teneatur, vel saltem sibi liceat huic consuetudini se conformare in omnibus, aut quanam in parte? »

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Cœtu ad Vaticanum subsignata die coadunata, referente me infrascripto Secretario, attentis expositis, ac singulis rationum momentis serio examine perpensis rescribendum censuit.

Ad 1 et 2. *Ratione Episcopatus posse, et debere uti habitu ordinario, quo utuntur Episcopi in Romana Curia, id est Rocheto supra subtanam, et Mantelletto violacei coloris, et debere præcedere omnibus aliis Canonicis, et sedere in primo Stallo supra omnes ut in Compostellana diei 13 Junii 1617.*

Ad 3. *In Missis de Turno abstinence, et subroget alium ut Asculana diei 10 Aprilis 1728, in Solemnioribus cum Indumentis Pontificalibus, sed de licentia Episcopi.*

Ad 4. *Jam provisum.*

Ad 5. *Quoad primam jam provisum; negative quoad secundam partem.*

Ad 6. *Tenentur sedere in Choro cum Pluviali.*

Ad 7. *Negative in omnibus.*

Atque ita rescripsit, servarique mandavit. Mediolanen. die 16 Martii 1833.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Impositio superpellicei, quo prima tonsura initiandi utuntur, facienda est ab Archiepiscopo Theani; quod si iste actus sit propter admissionem ad servitium Ecclesiæ Sepulchri Religionis Hierosolymitanæ, expediri debet per Vicarium Prioris: Theanen. anni 1781. dub. 4.

(2. Denique sancitum est Episcopi prænominationem utriusque Ecclesiæ nominatæ in suo disjuncto Calendario competere: *Ibid.* dub. 15.

(3. Episcopo Ferentino visitanti Diocesim, et Sacramentum Chrismatis in visitatione administranti S. C. vetuit, ne quid procurationis nomine a Communitatibus, licet sponte, etsi ab immemorabili consuetudine septem scuta, aut paulo majorem summam exhibentibus, acciperet ex causa administrationis Sacramenti confirmationis: Ferentina Visitat. Sac. liminum 20 April. 1782.

(4. Instituta a Conjugibus Bernardo, et Magdalena Caponetti Capellania mere laicali in Ecclesia Collegiata Oppidi S. Elpidii cum onere ibi celebrandi per se ipsum, hæc adjuncta etiam lex fuit, ut si Capellanus aliquam obtineret dignitatem ecclesiasticam Datarie ac Cancellarie Regulis subjectam, tunc Capellania eo ipso vacaret. Hanc possidens Bartholomæus Bacher dignitatem

Episcopalem Ecclesiæ Ripanæ adeptus est, et S. C. consulta eam vacasse decidit: Firmana Capellaniæ 16 Martii 1782. dub. 1. confirmat. 13 Julii ejusd. anni.

(5. In dubium ponitur an ab Episcopo qui duas habet Concathedrales peragenda sint in Civitate Tuscanensi pontificalia, ordinationes et consecrationes Sacrorum Oleorum, vel saltem alternatim in altera Cathedrali Viterbi? commendatur decisio arbitrio et prudentiæ Episcopi, et ad mentem: Viterb. seu Tuscanen. 11 Januar. 1783, dub. 3.

(6. Et dubium an idem Episcopus teneatur residere in civitate Tuscanensi per aliquod temporis spatium singulis annis? arbitrio pariter et prudentiæ Episcopi remittitur, et ad mentem: *Ibid.* dub. 1.

(7. Inde definitum est, ut in actibus private respicientibus Ecclesiam Tuscanensem, Episcopus semper, et ubique denominari debeat Episcopus Tuscanensis et Viterbiensis: *Ibid.* dub. 11.

(8. Quum quæreretur utrum Episcopus qui duas habet Cathedrales consistere teneatur in Urbe Tuscaniæ per aliquod temporis spatium singulis annis, rescriptum exinde fuit, arbitrio et prudentiæ Episcopi, et ad mentem: Viterbien. seu Tuscanen. 11 Januar. 1783. dub. 4.

(9. Episcopo Nucerinum Ecclesiam S. Leonardi ruralem, et in Territorio Oppidi Gualdi sitam, et ad Commendam S. Justini Perusiæ Ordinis Hierosolymitani, spectantem visitare minime licere rescriptum fuit. Nucarina juris Visit. 23. Januarii 1783. dub. 1.

(10. Quin et Visitationem ab eodem Episcopo in dicta rurali Ecclesia factam omnino circumscribendam esse ex defectu jurisdictionis, minimeque esse attendendam, et nullum fuisse sequestrum de ejus mandato Coloni Commendæ indictum, S. C. sic judicavit. *Ibid.* dub. 2.

(11. Episcopo Perusino Ecclesias non Parochiales, quæ de jure sunt commendæ S. Justini Ordinis Hierosolymitani visitare non licet, etiam ab ejus Prædecessoribus visitatæ esse fuerint: Perusina Juris visit. 23. Januarii 1783. dub. 1.

(12. Disquiri inde an in actibus communibus respicientibus utramque Ecclesiam Viterbiensem, et Tuscanensem, cuinam ex iisdem Ecclesiis competeret prænominationem? responsum est prænominationem competere Ecclesiæ, in qua residet Episcopus; si vero extra utramque competere Ecclesiæ Viterbiensi: *Ibid.* dub. 12 et 13. confirmat. 27 Martii 1784.

(13. Ac Episcopi Rescriptum sub die 4. Januar. 1779. super separato typo Calendarii pro Ecclesia Tuscanensi exequendum esse; minime autem prælo unum Calendarium utramque Ecclesiam Viterbiensem scilicet, et Tuscanensem complectens mandatum esse, salvo jure et potestate Episcopi, fuit resolutum: *Ibid.* dub. 14.

(14. Anno 1660. Aquipendii Episcopus decreverat in Sacra Visitatione, quod ad procuraciones seu victualia, quæ in Visitatione erunt ministranda ab iis, qui visitan-

tur, etiam Beneficia simplicia, Societates laicorum et loca pia, non tamen Hospitalia, pro eorum parte rata concurrere deberent. Ab eo nihilominus tempore non nisi Parochum tantum S. Crucis, ac tres supranumerarios Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ SS. Johannis et Andreæ, qui distinctam a reliquis Canonicis habent Præbendam contribuisse constat. Capitulares qui integrum fere onus subibant, protestati sunt de contributione procurationis ad formam antiqui decreti immemorab. quo loca pia præseferebant nihil solvendi observantiam. Beneficiatis manutationem dedit Episcopus. Verum ponderato dubio, quomodo et a quibus esset Episcopo visitanti contribuendum? ad formam Decreti 1660, juxta liquidationem faciendam coram Episcopo contribuendum responsum prodiit: AQUIPENDIEN. 21 April. 1787. dub. 1.

(15. Redintegrationem proinde Capitulum exquisivit pro procuracionibus præteritis solutis, sed non nisi pro ultima procuracione potuit obtinere: *Ibid.* dub. 2.

(16. Asculanum Episc. Canonicos Ecclesiæ Cathedralis rationum Depositarii, et Oeconomum revisores, aliosque de Capitulo, ad quod spectare documenta ab illis exhibita post redditas rationes, completumque Syndacatum servare statutum fuit, scindentes aut igni tradentes ordines solutionum, et acceptilationes, multare suo arbitrio posse S. C. decernit: Asculana 12 Julii 1788. dub. 12. confirmat. 7 Febr. 1789.

(17. Eundem Episcopum in locationibus bonorum faciendis per idem Capitulum sub pœna nullitatis audiendum esse quoad bona

EUCARISTIA.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Indulti sumendi Sacram Eucharistiam nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Tertiariis Ordinis Carmelitarum exalceatarum civitatis Bononiæ: Lectum. Bononien. Die 12 Sept. 1761.

(2. Facultatis sumendi sacram Communionem in nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Monasterii S. Danielis Fanen. Ordinis *delle Rocchettine* nuncupati: Serventur Decreta. Fanen. Die 10 Decembris 1768.

(3. Porrecto S. R. C. nomine P. Fr. Augustini Motuski Ordinis Minorum Observantium S. Francisci Provinciæ Minoris Poloniæ Ministri Provincialis supplicii libello pro resolutione sequentis Dubii, nempe.

« An Diaconus in Ordine tantum Diaconatus constitutus extra casum necessitatis, possit distribuere Fidelibus Communionem, in casu, etc. ? »

S. eadem C. audito prius voto unius ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris super dicto Dubio ab eodem exarato, ad relationem Emi, et Rmi Domini Cardinalis Marefuschii Pontentis, rescribendum censuit: *Negative*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Ord. Min. Obser. S. Francisci Prov. Min. Polon. die 25. Febr. 1777.

(4. Cum Sacerdotibus sæcularibus Portio-

fabricæ, minime vero quoad bona Capituli, S. C. determinavit: *Ibid.* dub. 13. confirmat et addit, sed dempta pœna nullitatis: *Ibid.*

(18. Judicium petitum inde fuit, utrum eidem Episcopo, ubi constet de præjudiciali Capituli bonorum Ecclesiæ, seu fabricæ administratione, liceat eadem bona locare reluctantibus etiam Canonicis? et resolutum fuit ut Episcopus uteretur jure suo ad formam Concilii Tridentini: *Ibidem* dub. 14, confirmat. *Ibid.*

(19. S. C. plane explicavit suum consilium, procuracionem Archiepiscopo Camerini Visitationem gerenti suppeditandam esse per contributum a cunctis etiam beneficiatis, confraternitatibus, et Ecclesiarum Patronis Vicariatus Castri Flastræ, quamquam soli Parochi præbere eam soliti erant: Camerinen. Procurat. 23 Novem. 1793.

(20. Cum ex Concilio Tridentino Capite 8, sessione 22, de reformatione, Episcopus designetur omnium voluntatum executor, et possit testamentarios Curatores compellere ad munus implendum etiamsi a Testatore id contingeret interdici, uti ex capite 17, de testamentis statuit Sacra Congregatio adigendos Curatores hæreditatis Tolæ ad rationem Archiepiscopo reddendam termino viginti dierum de Administratione numeratæ pecuniæ, ac bonorum omnium quæ ad hæreditatem Tolæ spectare compertum erit, annuamque pensionem quam pro Canonicatu erigendo idem Tolam reliquerat, impendi ab Archiepiscopo favore Seminarii usque ad possessionem novi Canonici, excepta pensione primi anni, facto verbo cum Sanctissimo. In Arboren. 18 Julii 1835, ad 3 dub.

nariis nuncupans Collegii S. Spiritus Civitatis Compostellanae nonnulla occurrerint Dubia, humillime S. R. C. supplicarunt: quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia.

1. « An, ubi primæ Dominicæ singulorum mensium, in quibus facienda est solemnis expositio SSmi Sacramenti, fuerint privilegiatæ primæ, et secundæ classis, cantanda sit Missa de SSmo Sacramento, seu potius de iisdem Dominicis privilegiatis primæ, vel secundæ classis cum oratione sub unica conclusione de laudato Sanctissimo Sacramento? »

2. « Et quatenus negative ad primam partem, affirmative quoad secundam; quibus vestibus, et paramentis uti debeant Ministri Sacri? »

Et S. eadem C. audito prius voto unius ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris scripto exarato, typisque evulgato, ad mei infrascripti Secretarii relationem, loco Emi, et Rmi Domini Cardinalis Calini Pontentis, rescribendum censuit. Ad 1. *Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.*

Ad 2. *Provisum in primo.* Et ita declaravit. Compostellana. die 17 Jan. 1778.

(5. Cum Sacerdos Joannes Baptista Berni recentior Archiepiscopus Ecclesiæ Parochialis titulo Sanctorum Cosmæ et Damiani loci, vulgo nuncupati Canoscio, Dicecesi Ti-

phernen. potitus, antiquam consuetudinem in eadem Ecclesia invenerit Sacrosanctam Eucharistiam impertiendi Fidelibus in Sabbato Sancto pro satisfactione etiam Paschalis Præcepti, et anceps hæserit: Num eadem consuetudo servanda foret, sive utpote abusiva removenda? Ut omnem anxietatem deponeret, supplex fuit apud S. R. C. pro declaratione sequentis Dubii, videlicet: « An liceat in Sabbato Sancto inter Missarum solemnia Sacram Eucharistiam Fidelibus distribuere, et num per eandem sumptionem sacre Communionis præceptum Paschale adimpleatur? »

Et S. eadem Congregatio, audito prius uno ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris, qui scripto suam sententiam protulit, referente Emo, et Rmo D. Card. Crivelli Pontente, respondit: *Affirmative in utroque.* Tiphernen. die 22 Martii 1806.

(6. 4. « An incongruum sit, quod ad augendam fidelium devotionem publice exponatur in nocte Nativitatis Domini SSmum Sacramentum, eo quod incongruum est, ipsa nocte fideles communicari, ex Decreto S. R. C. 20. Aprilis 1641. » (1172.)

5. Sac. Rit. Congregatio die 6 Decemb. 1653 (1545) decrevit, quod Missa de Dominica cujuslibet mensis, seu festo duplici, cum sit particularis Processio cum SSmo Sacramento, dici debet cum commemoratione ejusdem; at quæritur si Processio absoluta fuerit, Sanctissimumque reconditum, antequam cantetur Missa conventualis, utrum debeat fieri in dicta conventuali eadem commemoratio?

Ad 4. *Non probari, utpote extra communem Ecclesiarum consuetudinem.*

Ad 5. *Negative.* Portugallen. die 17. Septembris 1785.

(7. I. Facti species « Rector Ecclesiæ reperit in Ecclesia sua consuetudinem renovandi Panem pro Sacrificio Missæ, et Communionem Fidelium singulis tribus mensibus tempore hyemis, tempore vero æstivo solitum confici pro sex mensibus: hinc quæritur.

1. « An, attenta consuetudine, Rector licite consecrare possit species a tribus mensibus tempore hyemis, vel a sex mensibus in æstate confecta? »

Ad 1. quæsitum I. — *Negative, et eliminata consuetudine, servetur Rubrica.* Gandaven. die 16. Decembris 1826.

(8. 1. Utrum tuto sequi valeat Regula Ritualis Parisiensis, sic expressa: Si quando Communio danda est, inventus non fuerit sufficiens numerus Hostiarum, poterunt aliquot Hestia dividendi in plures Particulas, quæ singulis distribuantur: Et quatenus non sit sequenda, utrum quibusdam saltem in circumstantiis, temporis, locorum, et personæ sequi possit?

Ad 1. *Servetur consuetudo dividendi consecratas Particulas si adsit necessitas.* Veronen. die 16 Martii 1833.

(9. « An reprobanda, ac proinde eliminanda sit consuetudo Feria sexta in Parasceve de sero in Ecclesia, et ad proprium Altare

cum luminariis iterum collocandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum? »

« An in Provincia Tridentina, quæ ab Imperatore Leopoldo Primo inter Provincias Germaniæ adnumerata est, ab Alumnis Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorum, absque Ordinarii licentia, præter consuetas, usuque receptas Sanctissimi Sacramenti expositiones, fieri possint extraordinariæ, quæ in illis Provinciis ex inveterata consuetudine introductæ sunt? »

« An toleranda sit, vel eliminanda consuetudo inveterata, Sacerdotem, qui ad Altare aliquod ad celebrandum accedit, vel ab eo recedit sic Sacris Vestibus Sacrificii indutum, et jam præ manibus Calicem tenentem ascendere in transitu Altare, in quo adest Sanctissima Eucharistia, ut ibi Sacram Communionem Fidelibus distribuat? Et quatenus non sit toleranda, utrum depositis Planeta, et Manipulo in Sacristia, accedere possit cum Alba, et Stola? »

« An Stola pro ministranda Sanctissima Eucharistia extra Missam semper esse debeat coloris Officio illius diei convenientis, ut præscribit Rituale Romanum, vel potius esse debeat alba, prout valde conveniens Sacramento Eucharistiæ, ut multi censent Doctores? »

Ad 4. *Abusum esse eliminandum*

Ad 7. *Negative.*

Ad 12. *Si adsit necessitas, posse tolerari.*

Ad 13. *Juxta Ritualis Romani Rubricam debet esse coloris Officio convenientis.*

Utrum Benedictio Apostolica pluries impertiri possit novo mortis periculo redeunte?

Parochus novit Sacrum Viaticum difficillime porrigi posse Infirmo morti proximo, nisi celebret in Oratorio domestico Indulto Apostolico erecto domui Infirmi proximo: quæritur utrum possit a privato Oratorio Sanctissimum Sacramentum deferre? Et quatenus affirmative, utrum in tali casu celebrare possit etiam Indultario precario absente?

Ad 3. *Ut ad proximum.*

Ad 8. *Affirmative etiam absente Indultario.* Veronen. Die 27 Augusti 1836.

(10. Quum hodiernus æditus Cathedralis Feretranae Sacrorum Rituum Congregationem humillime rogarit, utrum servari possit consuetudo in eadem Cathedrali invecata, in Feriis nimirum secunda, tertia, et quarta majoris Hebdomadæ Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandi in eodem Altari, in quo publicæ Fidelium venerationi est expositum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum? Emi, et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, et ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus coadunati, referente me subscripto Secretario, rescribendum censuerunt, *Consuetudinem tamquam abusum eliminandam.* Feretran. Die 11 Martii 1837.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ, dempta necessitate non in privatis Capellis, sed in publicis Ecclesiis dumtaxat licet administrare. Gross. 16. Maii 1778. § 7.